

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LVII. De regimine Collegii S. Isidori de Urbe Min. Recollect. Provinciæ
Hiberniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1695.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

249

ANNO
1695.

R. D. Gaspardus Despineu.
Prior Claustralis de Monte Desiderio, R. D.
Carolus da Zincourt.
Prior Claustralis S. Lupi de Efferento, R. D.
Joannes Chevalier.
Prior Claustralis S. Petri de Mausiaco R. D.
Joannes Vernioll.
Prior Claustralis S. Petri de Pomperii, R. D.
Placidus Delporte.
Prior Claustralis Sancti Nazarii de Borbonio,
R. D. Jacobus Jeanninet.
Prior Claustralis SS. Petri, & Pauli de Co-
inciaco, R. D. Stephanus Hugonet.
Prior Claustralis de Marciniaco, R. D. Pe-
trus Synon.

Vicarius Generalis Visitator.

Strictioris observantie in Comitatu Burgun-
diæ. R. D. Hieronymus Cocquelin.

Priores.

Prior Claustralis S. Hieronymi de Dolæ, R.
D. Fulgentius Camus.
Prior Claustralis B. Marie de Vallibus, R.
D. Innocentius de Vautravers.
Prior Claustralis de Mortua aqua, R. D. Dei-
cola Hogonet.
Prior Claustralis de Castro, R. D. Franciscus
Dorival.
Prior Claustralis de Alta Petra, R. D. Alber-
tus Chassignet.
Prior Claustralis S. Petri de Valle-Clusa, R.
D. Albertus Bole.
Prior Claustralis S. Desiderati de Ledone Sal-
tiario, R. D. Gabriel Boudret.

Publication
relatorum
Decretorum.

Lectione, & publicatae fuerunt supradictæ De-
finitiones in Capitulo Generali Ordinis Cluniac-
ensis Eminentissimo, & Reverendissimo Cardi-
nale S. R. E. Emmanuel Theodosio de Tur-
re-Avernia Abbate Cluniacensi ibidem præsi-
dente, & Capitulum tenente in dicto Monasterio
Cluniacensi, necnon presentibus Dominiis Ab-
batibus, Prioribus, Decanis, Administratoriis
Officiariis, & Religiosis dicti Ordinis ad
sonum Campanæ ibidem capitulariter congrega-
tis die 16. Mensis Octobris anno Domini 1693.
presentibus venerabilibus viris Jacobo Chauvet,
Presbytero Curato B. Marie de Pannellis Cluniac-
ensis Baccalaureo in Sacra Theologia, & Clau-
dio Ludovico Lamberti, Presbytero testibus ibi-
dem adstantibus, per me Notarium Regium Clu-
niaci commorantem sic signata.

Subscriptiones.

S. 41. Emmanuel Theodosius de Turre-Aver-
nia S. R. E. Cardinalis Bullionius Abbas Generalis
totius Ordinis Cluniacensis. Fr. Ludovicus De-
nangis, Prior major Abbatæ, & Ordinis Fr. Ca-
rolus de la Motte. Fr. Hieronymus Cocquelin.
Fr. de Vert. Fr. Odo Bernardo. Fr. Eusebius
de Coubonne. Fr. Hugo Cluzel. Fr. Antonius
Thevetum. Fr. Hugo de Barbon. Fr. Ildefonsus
Sarrazin Scriba Capituli. D. Ludovicus Mo-
reau Prior in Titulum Collegii Cluniacensis, &
Dr. Stephanus de Nesmond. Joannes Baptista
Gravier Roland Scriba. Petrus Duperery Chau-
vet, & Lambert Testes, & Brugn. Notarius
Regius.

Fides.

S. 42. Emmanuel Theodosius a Turre-Aver-
nia S. R. E. Episcopus Cardinalis Bullionius, Ab-
bas Generalis Abbatæ, & totius Ordinis Clu-
niacensis. Extractum ex autographo ejusdem
Capituli Generalis quod asservatur in Archivio
Sacra Abbatæ Cluniacensis per Nos Scribas, &
Secretarios ejusdem Capituli, ac Notarii Re-
giūm subsignatum in Urbe Cluniacensi die 17.
Mensis Octobris anno Domini 1693. Fr. Idel-
foncus Sarrazin Scriba Capituli. D. Roland Scri-
ba Capituli. Bruni Notarius Regius.

Preces
Emin. Com-
mendatarii.

S. 43. Cum autem sicut eadem expostio sub-
jungebat, predictus Emmanuel Theodosius Epis-
copus Cardinalis, & Commendatarius statuta,

ac Decreta hujusmodi quippe ad restituendum,
ac stabiliendum in Ordine prædicto Regularis
observantiae rigorem eximie conducibilia, pro
firmiori illorum subsistentia, exactiorique ob-
servatione Apostolica confirmationis nostræ pa-
tronicio communiri summopere desideret: Nos
ipsius Emmanuelis Theodosii Episcopi Cardi-
nalis, & Commendatarii votis hac in re quantu-
m cum Domino possumus, favorabiliter an-
nuere volentes, illius supplicationibus Nobis
super hoc humiliter correctis inclinati, omnia, &
singula statuta, seu Decreta præinserta, in eis-
que contenta quæcunque auctoritate Apostolica
tenore præsentium confirmamus, & approba-
mus, illisque inviolabilis Apostolica firmatis
robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris,
& facti defectus si qui desuper quomodolibet in-
tervenient, seu interveniæ duci, censeri, vel
pretendendi possunt, supplemus, & sanamus.

S. 44. Decernentes eisdem præsentes literas,
ac statuta, seu Decreta præinserta semper firma,
valida, & efficacia existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus fortiri, & obti-
nere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore
quandocumque spectabit, in omnibus, & per
omnia plenissime suffragari, & ab eis respective
inviolabiliter observari. Sicque & non aliter in
præmissis per quoscumque Judices ordinarios,
& Delegatos etiam Causarum Palati. Apostolici
Auditores, ac ejus S. R. E. Cardinales, etiam de
latere legatos, & Apostolica sedis Nuntios, aliosve
quilibet quacumque præminentia, & po-
testate fungentes, & functuros, sublata eis, &
eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate, judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane si fecis su-
per his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attenari.

S. 45. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus
sit dicti Ordinis, ejusque Monasteriorum quo-
rumcumque, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque,
Indulgis, & Literis Apostolicis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis,
illorum tenores præsentibus, pro plene & suffi-
cienter expressis, ac de verbo ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore permanuris,
ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expressè derogamus, cæterisque con-
trariis quibuscumque.

S. 46. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicuius Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate
constitutes munitis, eadem prorsus fides tam in
Judicio, quam extra illud ubique locorum ha-
beatur, que haberetur ipsis præsentibus si forent
exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscat. die XXI. Junii MDCXCV. Pon-
tif. nostri Anno IV.

Statuitur, ut Collegium S. Isidori de Urbe Pro-
vincie Hibernia Fratrum Minorum S. Fran-
cisci Recollectorum regatur juxta Constitu-
tionem Urb. VIII., & ejus statuta.

Urb. VIII. Constitutio edita fuit 1625. Novem. 20.
P. 3. Hujus Pontificis Conf. ed. 1693. Aug. 15.
P. 3. extant statuta pro tribus Cenobiis in Betica,
& Clem. XI. Conf. ed. 1705. Mar. 12. P. 3. agi-
tur de Procuratore Generali Ultrame.

Confirmatio
clatorum
Decretorum

Clausulae.

LVII.

INNO-

250
Dat. 20. Julii
1695. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*Causa hujus
Constitut.

Prospero, felicique regimini, & gubernio Collegii S. Ilidori de Urbe Fratrum Provinciae Hibernia Ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiae, seu Recollectorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus consulere, ac dilectum filium Bonaventuram Poreanum Ministruum Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes eamque a quibusvis excommunicatione, suspensio-
ni, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo libet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Bonaventurae Ministri Generalis nomine nobis super hoc humiliter porre-
atis inclinati, ut de cetero Collegium praedictum exakte, & praeceps juxta dispositionem Constitutionis fel. recordationis Urbani PP. VIII. super erectione Collegii hujusmodi emanata, necnon statutorum in limine ejus foundationis editorum regi, & gubernari debeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo statui-
mus, praecepimus, & ordinamus. Præterea omnia, & singula circa memoratum Collegium tam a Nobis, & Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, quam a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac ipsius Ordinis Superioribus haec tenus quoquo modo contra formam Constitutionis, ac statutorum hujusmodi forsitan ordinata, decreta, seu concessa, auctoritate, & tenore praedictis, quoad ea, que Constitutioni, ac statutis praedictis adversantur, itidem perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus.

Preces Mini-
stri Gen.

Statuum
præd. una
cum revoca-
tione consti-
tutionum,
vel Decreto-
rum contra-
siorum.

Claufulæ.

S. 1. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabat, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quocumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attenteri.

S. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Collegii, ac Provincie, & Ordinis hujusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XX. Julii MDCXCV. Pontificatus nostri anno Quinto.

LVIII.

Confirmantur Hospitali, seu Ord. Militari Crucigerorum cum rubea stella, privilegia a nonnullis Pontificibus concessa.

Horum Pontificum Constitutiones infra referuntur,
& sunt Greg. IX. Const. edita Apr. 24. Pont. 12.

Inn. IV. Const. edita Oct. 8. P. 8. Alex. IV. Const.
ed Jun. 20. P. 2. Et Bened. XII. Constitut. edita
Jun. 20. P. 4. Clem. vero XI. Const. ed. 1706.
Augusti 28. P. 6. conceditur Indulgentia in die
Exaltationis S. Crucis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*Dat. 23. Julii
1695. An. 5.

Exordium.

Catholice Ecclesie regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam nullo licet meritorum nostrorum suffragio praesidentes ea, quæ a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris ad favorem Militiarum, & Hospitalium quorundam in Ecclesia Dei pie, sancteque erectorum, & Institutorum, ac personarum in eis Altissimo famulantur provide emanasse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur libenter corroboramus, & alias desuper disponimus, sicut matura deliberatione adhibita ad Omnipotentis Dei glorian, piorumque operum incrementum arbitramur in Dominio salubriter expedire.

S. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Magnus Magister Praeceptores, seu Commendatarii aliqui Fratres Hospitalis, seu Ordinis Militaris Crucigerorum cum rubea stella per Bohemiam, Silegiam, Moraviam, & Polonię existent. sub Regula Sancti Augustini, quod dudum postquam fel. rec. Gregorius PP. IX. praedecessor noster Hospitalie praedictum, illiusque bona in jus, & proprietatem Beati Petri Apostolorum Principis, ac sub sua, & Apostolica Sedis protectione, suscepserat, necnon ipso Hospitali, ejusque personis varia privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, gratias & Indulta concesserat re. mem. Innocentius IV. Alexander IV. & Benedictus XII. Romani Pontifices, etiam praedecessores nostri eidem Hospitali, & personis alia similiiter privilegia concesserunt, seu jam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout continetur in corumdem Gregorii, Innocentii, Alexandri, & Benedicti praedecessorum literis sub Plumbo defusa emanatis tenoris sequentis videlicet: **GREGORIUS EPISCOPUS, Seruos Servorum Dei.** Dilectis filiis Magistro Hospitalis S. Francisci Pragensis, ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris Regularem vitam professis in perpetuam memoriam. Omnipotens Deus, qui alto Providentia sua confilio cuncta disponit cor, & animum dilecta in Christo filie Agnetis fororis charissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Boemæ tanto charitatis igne succedit, ut in Monasterio Sancti Francisci Pauperum Monialium inclusarum Pragen. Christo se ipsam in odorem suavitatis offerret, & pietatis, ac compassionis intuitu ad opus Infirmorum, & Pauperum, Hospitalie, in quo Divino estis obsequio mancipati, fecerit, & dotavit. Nos igitur prosequentes Sanctum ejus propositum, & Apostolico patrocinio confoventes, ad preces ipsius, Hospitalie predictum situm in fundo, quem prefatus Rex Ecclesiæ Romanæ concessit, & tam idem, quam Ven. Frater noster Pragensis Episcopus plenarie libertati donavit, sicut in eorum literis ad Nos transmissis perspeximus contineri, in jus, & proprietatem Beati Petri, ac sub nostra, & Apostolica Sedis protectione suscipimus, præsens scripti Privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam in eodem Hospitali de mandato nostro institutus esset dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quacumque possessiones, quacumque Bona idem Hospitalie in præsentiarum justæ, ac canonice possidet au-

Referuntur
Privilegia
præd. con-
cessa, & con-
firmata.

Constitu-
tio
Greg. IX. qua-
d. Hospitali
concessa fue-
re plura pri-
vilegia, ni-
mitum,

Circa tem-
poralia tria.

in fu-